

edita anno MDCC XVIII Kal. Aprilis. 75

sarios de finibus potestatis ecclesiasticæ atque civilis decertatum est. Postremo quoque famosissimus ille *Wilb. Whistonus* de eodem argumento commentari instituit, originem modumque regiminis eccl. atque civilis ex antiqui fœderis oraculis repetens.\* Vix tamen prodierat liber ejus, cum Auctor Historiæ successionis Regiæ, jurisque Regum, qui in sacris litteris memorantur, \*\* peculiari Appendice adjecta *Whistonum* refutandum sibi sumeret.

NORIMBERGÆ.

Eclipsis Solis, quæ superiori mense Martio accidit, cum in Observatorio publico ob incongruum ejus situm observari non posset a Viro præstantissimo, rei que Astronomicæ peritissimo, *Io. Leonardo Rostio*, commodavit is hanc in rem operam suam celeberrimo Astronomo Dn. a *Wurzelbau*, qui majori oportunitate utitur in ædibus propriis. Quid autem utriusque Viri docti diligentia præstitum fuerit, verbis *Cl. Rostii* accipe.

ECLIP-

\* Liber ejus hac gaudet inscriptione : *Scripture Politicks ; or an impartial Account of the Origin and Measures of Government Ecclesiastical and Civil, taken out of the Books of the Old and New Testament : With a Postscript relating to the Report of the Committee of Convocation, about the Bishop of Bangor's Preservative and Sermon before the King. To which is subjoined, The Supposal ; or a new Scheme of Government. By William Whiston, M. A.*

\*\* *A short History of the Regal Succession and Rights of the several Kings recorded in the Holy Scriptures: with a Postscript occasion'd by Mr. Whiston's, new Book of Scripture Politicks.*